

VII, 21.

2.608^a



h.

23

FRANCOHVSAM ILLVSTREM

NATALIDIE

PERILLVSTRIS

ATQVE

EXCELLENTISSIMI

DOMINI

ANTONII FRIDERICI

DE BEVLWIZ,

DYNASTAE ROTLEBIAE, EICHICHT, LOEHMAE,
MVNSCHWIZ CET.

SERENISS. PRINCIPIS SCHWARZBURG. RV-
DOLSTAD. A CONSILII INTIMIS. CANCELLARII
SPLENDIDISSIMI, PRAESIDIS AC DIRECTORIS CONSI-
LIORVM PVBLICORVM GRAVISSIMI, ITEMQVE HERIN-
GENSIS AC STRAVSBERGENSIS DIOECETAE
MVLTO SPECTABILIS CET.

·a XXIX. JANVAR. MDCCXLIX.

FELICITER ILLVSCENTE,

ANIMVM VT DEMONSTRET DEVOTVM,

BREVITER EXPONERE PERGIT

IOANN. FRIDERIC. MÜLDENER.

FRANCOHVSE,

LITTERIS KEILIANIS.

221

8



FRANCOVSAM ILLVSTREM

NATALE DIE

BENELVSTIS

ATQVE

EXCELENTISSIMI

DOMINI

ANTONI FRIDERICI

DE BELFVIZ

DYNASTIE ROSTERNAE EICHHOLT FORTINAE

AVSCHWITZ

ERKENNIS: PRINCEPS SCHWARZBURG RY.

DOCTAM A CONSILIS INTIMIS CANCELLARI

SPRECHERUM PRASIDIS ET DIRECTORIS CONSILII

THEORVM ET PRACTICORVM IN LEGIBUS

GENITVS AVSTRIACVS

M. D. C. C. C. C.

XXIX JANVARII MDCCLXX

AVSTRIAE

AVSTRIAE

AVSTRIAE

LOANAE FRIDERICI M. D. C. C. C.

FRANCOVSAM

FRIDERICI ERKENNIS



V i r

Perillustris atque Excellentissime,
Mecoenas pie colende!



ultum interesse reipublicae, summa re-
rum ut fungantur uiri egregii, doctrina,
uirtute, ingenio, experientia, rerum
magistra, aliisque eximiis animi do-
tibus praecellentes, haud forsitan negabit nemo.
Quae ueritas autem quum luce meridiana sit clarior, in
dubium quoque uocabit nullus, tanti ponderis uiros
ea, quae par est meritis, pietate, animique religione,
semper esse colendos, & integra sinceraquae uota pro
eorum salute concipienda esse, eo praeprimis tempo-
re, quo Deus illos nasci iusserat. Quae uero quum ita
sint, quis temeritatis uel adulandi criminis me accusa-
bit, laetissimum huncce diem & hodie, uti per plures
annos factum est antea, uotiuus adprecationibus sub-
misse concelebrantem. Nullus, inquam, ideo me ac-
cusabit.

X 2

cusabit, nisi maximorum Tuorum meritorum, uel Principem spectes, uel subditos, uel quoque rem literariam, *Vir Perillustris atque Excellentissime*, (quod facile tamen non crediderim) plane ignarus: Uti uero, uirorum, nobilitate generis, doctrina aliisque uirtutibus, quondam satis spectabilium, memoriam, laeta quadam occasione, renouare atque instaurare, abs re haud alienum, multo magis pium, esse, puto; ita meam quoque operam non perdidisse iudicaui, si illuftri hoc die, *Francohusam illustrem ante restitutam doctrinae Euangelicae puritatem*, nunc exponere pergerem.

Nullos equidem amplius extare uiros, ante reformationem Francohusae natos, antiquitate generis munerumque splendore, insignes, antea putaueram; ast diligentium antiquitatum patriae, documentorumque latitantium perscrutatio me satis contrarium docuit: Relatum enim legi, saeculo decimo tertio, uirum haud incelebrem, nobili Franckenhusiorum gente prognatum, uixisse,

Hebvicum de Franckenbusen.

Vir fuit admodum prudens rerumque politicarum ualde peritus. Heic loci tamen non permansit; sed Francohusa Northhusam se conuertit, ubi mox in ciuium, paulo post in patriciorum, ac demum Consulatum numerum receptus legitur. Ao. 1273. ciuis uocatur *Northusensis*, in charta quadam, anno dicto exarata, nondum edita, qua Heinricus Comes de Hohnstein litem inter Iohannem, Dominarum conuentus noui operis extra muros Northusenses praepositum & fratres

fratres Wernerum, Reinhardum & Theodericum de
Ratoluerode, super manso quodam uentilatam, sopiuit;

Nos D. G. Henricus Comes de Honstein uni-
uersis praesentes literas inspecturis sempiternam
in Domino salutem. Literarum nostrarum praesentium tenore protestamur tam praesentibus quam futuris, quod Dominus Iohannes praepositus conuentus Dominarum noui operis extra muros apud Northusen ob litem sibi motam a Wenero, Reinharbo & Theoderico Filio Mechtildis de Ratoluerode super uno manso sito apud ciuitatem Northusen &c. in plebicio apud Northusenses definitiuam sententiam accepit - - - Quo circa secundum, quod exigit aequitas, rem pluribus iudiciis iudicatam, mansum predictum iuste emptum legaliter uarentatum & pluribus annis quiete possessum praesentium literarum nostrarum munimine protestamur. Cui rei testes sunt Fridericus de Thoba, Berthold de Heryngen, Fridericus de maiori Wechsungen, iudices, Rudolphus advocatus, HELWICVS DE FRANCKENHVSEN, Cunrad de Wissenfee, Iohannes miles, Gotschalculus & Henricus fratres, *cives Northusenses* & alii quam plures. Acta sunt hec anno Domini 1273.

Helwicus iste de Franckenhause. Consul eiusdem ciuitatis iam anno 1277. declaratus fuit, testante documento, quod in lucem prodiit nunquam;

Nos Gotfchalcus Methfridi, Scultetus, Henricus Advocatus, & Consules Ciuitatis Nordhusensis, quorum nomina sunt Conradus de Wizenfe, HELWICVS DE VRANKYNHUSEN, Hertwicus de Elrich, Thilo de Barderuel, Wernherus Hayvogel, Kindelinus, Helwicus de Harzungen, Bruno Rufus, Sifridus Albus, Wernherus de Luterod, Henricus de VVizenfe & VVernherus VValburgis, tenore presentium recognoscimus publice protestantes, quod Reinberni quondam filia Gertruda de nova villa Ludolfus frater ipsius ac Eilcke soror ejus cum consensu heredum suorum omnium abrenunciaverunt penitus omni proprietati ac juri, quod ipsis in curia sita in nova villa, quam jam dudum prefata Gerttrudis Ecclesiæ Walkenredensi dederat, competere videretur, super quo ad majoris roboris firmitatem sigillum Civitatis nostre presentibus est appensum. Datum Domini Mill. CC. LXXVII. 1X. Kal. Septembr.

Helwicum nunc excipiat

Henricus de Frankenhausen,

eodem, quo prior, genere, natus, qui saeculo decimo tertio quartoque uixit. Multum gratia ualuit apud Henricum XIV. Comitem Schwarzburgicum, cuius notarius, una cum nobili uiro, Henrico de Oschhofen, fuisse refertur. Audiamus P. Jovium in Chronistor. Schwarzburg. P. III. c. XVII. ita scribentem:

Anno

Anno 1323. verkaufte Friedrich von Jsscherstedt dem
Closter Jm eine halbe Hufe Landes zu Kirchremde;
Wobey unter andern Zeugen waren Heinrich von
Oschhofen und HEINRICH von FRANCKEN-
HAVSEN; beyde Graf Heinrichs (von Schwarz-
burg) Notarii.

Adeo uero notariorum munus quondam honori-
fium fuit, ut & uiri, generoso sanguine orti, clarissimi
doctissimi que id suscipere non dubitauerint. Summis, dif-
ficillimis maximeque arduis intererant negotiis. In-
strumenta conficiebant publica. Rerum in foro obue-
nientium, ut & linguae latinae, maxime scientes esse
debebant. Imperatorum & Regum iussu picturam
monogrammaticis conficiebant, (conf. Celeb. Eckard.
introd. in rem diplom. Sect. II. §. XLII.) tantumque
pollebant autoritate, ut & uiri, in summis principum
aulis constituti, rebusque publicis adhiberi soliti, no-
tarii summi uocarentur. (Idem. c. I. Sect. III. §. XLV.)
& hodie cum istis, qui a secretis principum sunt, sa-
tis apte comparari queunt. (Conf. quoque Baringii clau.
diplom. Num. VIII. ubi nonnulla notariorum ueterum
signa curiosa reperiuntur.)

Restat nunc, ut paucis exponam uitam

Iohannis de Frankenhausen

qui saeculo decimo quarto uixit, Illustrissimorum Co-
mitum Schwarzburgicorum uasallus, multisque Prin-
cipum

cupum comitumque aulis; ob diuitiarum praeprimis
abundantiam, haud ignotus fuit, prout memoriae pro-
diderunt Spangenberg. in Chron. Querfurtensi L.IV.
cap. LVIII. & P. Jov. cit. Chron. Mspto P. V. c. XXXVII.
ad ann. 1432. aliique.

Quae quum nunc sufficere putem, ad consilium,
quod quidem antea ceperam, redire, meum esse iudico:
Quapropter & benignissimum Numen deuota mente
obtestor atque imploro ut *Te, Vir Perillustris atque Ex-*
cellentissime, imposterum quoque ad summam huma-
nae uitae senectutem saluum conseruet, corporis ani-
mique uires firmet stabiliatque, nec non omne, quod
Tibi, Gentisque Tuae Generosissimae saluti repugnare
uidetur, clementissime repellere uelit. Dabam

Francohusae d. XXIIX. Januar.

MDCCXLIX.



Pon ^U _a ⁶ so sa


ULB Halle 3
002 710 218


s. 6.

MC







20.

h.

FRANCOHVSAM ILLVSTREM 23
NATALIDIE
PERILLVSTRIS
ATQVE
EXCELLENTISSIMI
DOMINI
ANTONII FRIDERICI
DE BEVLWIZ,

DYNASTAE ROTLEBIAE, EICHICHT, LOEHMAE,
MVNSCHWIZ CET.

SERENISS. PRINCIPIS SCHWARZBVRG. RV-
DOLSTAD. A CONSILIIIS INTIMIS, CANCELLARII
SPLENDIDISSIMI, PRAESIDIS AC DIRECTORIS CONSI-
LIORVM PVBLICORVM GRAVISSIMI, ITEMQVE HERIN-
GENSIS AC STRAVSBERGENSIS DIOECETAE
MVLTO SPECTABILIS CET.

·a XXIX. IANVAR. MDCCXLIX.

FELICITER ILLVSCENTE,

ANIMVM VT DEMONSTRET DEVOTVM,

BREVITER EXPONERE PERGIT

IOANN. FRIDERIC. MÜLDENER.

FRANCOHVSE,
LITTERIS KEILIANIS.

22^b

80